



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

I. In membranâ descriptus, affixâ tabellae, appensae in choro Cathedralis Ecclesiae Paderbornensis, iuxta summum altare, in sedibus ad cornu Epistolae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12748**

## HYMNI ANTIQVI

## AD S. LIBORIVM.

## I.

*In membranâ descriptus, affixâ tabella,  
appensæ in choro Cathedralis Ecclesia  
Paderbornensis, iuxta summum alta-  
re, in sedibus ad cornu Epistolæ.*

 LIBORI, Confessor Christi, sobrie  
sancteque vixisti;

Tu in humanis cùm egisti, vitam  
bonam assumpfisti:

Vna harum erat actiua, reliqua cōtēmplatiua;  
Vnde hæc virtus contentiua, in corde tuo da-  
ratiua,

A te fecit operarium, fidelemq; carpētarium,  
Ac nobile vas vinarium. Quare diurnum de-  
narium

Tu in vineâ acceptasti Dei, quē sincerè amasti;  
Horas vndecim laborasti, frigus æstuisque  
portasti.

Talentum tibi destinatum per Verbum Dei  
incarnatum,

Non tenuisti occultatum, sed reddidisti du-  
plicatum;

In verbo Dei proferendo, tuosque subditos  
docendo,

Viam

S. Liborij  
labores,

Viam veritatis tenendo , & ab eâ non auer-  
tendo,

Sua peccata propalare, & de cetero nō amare,  
In factis bonis insudare, fratrem suum num-  
quām turbare.

Ecclesiarum seruitores , habentes probatos  
mores,

Quosdam ad ordines minores, magis dignos  
ad altiores

Ex tunc dedicasti promotos : insufficientes,  
ignotos

Et conscientiā non lotos , à te spreuisti vt  
ainotos.

Lux tua palam sic lucebat ; ac in hominibus  
pollebat,

Cur eis meritò licebat, Patrem de cælis, qui  
regebat

Opus tuū, glorificati: nam studuisti coarctari  
Lumbos tuos, nec inquinari, sed stricto cin-  
gulo ligari

Continuæ continentia. Sic Sp̄ritu sapientiæ, *virtutis*  
Timoris & patientiæ vixisti, & innocentia.

Deinde ad secularia tuæ domus necessaria,  
Summa & particularia complesti opera varia.  
Pòst ab omnipotenti Deo, pro vero anno iu-  
bilæo,

Assignato tibi ab eo, quod & statuit lex Iudeo,  
Qui quinquagesimus fuerat, Episcopatus du-  
rauerat

Tuus , sic Christus impleuerat vitam tuam,  
quam amauerat.

## 180 VITA S. LIBORII PATRONI

Tunc ab hac luce te amouit, fidelissimumque cognouit,

Ad miracula tibi vouluit, per te facienda promouit.

Attamen prius visitatus, ac post egressum tui flatus

*sepultura,* A Martino es humatus, & de tua morte tribulatus.

Corpore tuo subleuato, suauissimo odore dato,

Dæmoniaco liberato, de corpore obfesso fugato,

Legati qui missi fuerunt, Cenomanicos petuerunt:

*translatio,* Qui eumdem assensum dederunt, & tuum corpus obtulerunt,

Vt ad ecclesiam portarent, in Paderborna præsentarent,

Honorificè collocarēt, ac fidelissimè amarēt.

In viâ tu Dei amator, honorum meorum inspirator,

*b* Fuitibrium suscitator mortuorū, ac liberator in hæc miracula. Paralyticis, guttosis, mutis, surdis ac calculosis, Maniacis atque leprosis, claudis, cæcis, & scabiosis:

Hisque omnibus sic ægrotis, Christo atque tibi deuotis

Subuenisti. Fide promotis Catholicā, nobis tibi votis,

O Libori, dignare tamen tuum verum dare solamen.

No-

Nostrumque fieri tutamen, quod præstet nobis Christus. Amen.

ψ. Ora pro nobis S. Libori. <sup>b</sup>. Ut digni, &c.

Or. Adesto, Domine, precibus nostris, quas in sancti Confessoris tui atque Pontificis Liborij commemoratione deferimus; ut qui nostræ iustitiae fiduciam non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus & meritis adiuuemur.

a Vel deest aliquid, vel hac male dispuncta.

b Idem Ode quinta confirmat. Mirum id ab auro Saxone, qui Vitam & Translationem ante 750. annos scripsit, non tradi: nisi post illius euum acciderit.

## H Y M N V S II.

*Ex eadem tabula.*

Felix Præsul, ô Libori,

Stirpe natus meliori,

Luxus mundi refutasti;

Genus tuum adornasti

Vbertate ad virtutum

Claruisti Christi nutum:

Visus inopum amator,

Et Sanctorum imitator,

Castus, largus, & benignus,

Omni laude mundi dignus.

Ob hoc Deus dedit tibi

Dona sacra hîc & ibi:

Multa mira per te fecit,

Ab obfessis fordes iecit,

M 3

Mul-